

Universitätsbibliothek Wuppertal

Iustini Historiae Philippicae

Iustinus, Marcus Iunianus

Lipsiae, 1830

Liber VII

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-5322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-5322)

LIBER VII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Macedoniae vetus nomen, populus, et primi reges.
2. Perdiccae regis familia illustris, et infantis Aëropi nobile fatum.
3. Legati Persarum ad Amyntam petulantiae suae dant poenas.
4. Pax Macedoniae Bubaris Persae opera conciliatur. Tragoediae in familia Amyntae, Alexandri Macedonis avi.
5. Philippi Macedonis varii casus: qui, fratribus dolo materno vita sublatis, a populo compulsus regnum suscipit.
6. Eiusdem bella, coniugium, vitia et virtutes.

CAPUT I.

- 1 **M**ACEDONIA ante a nomine Emathionis regis, cuius prima virtutis experimenta in illis locis exstant, Emathia cognominata est. Huius sicuti incrementa modica, ita termini perangusti fuere. Populus Pelasgi, regio Paeonia dicebatur. Sed postea virtute regum et gentis industria subactis primo finitimis, mox populis nationibusque, imperium usque extremos Orientis terminos prolatum. In regione Paeonia, quae nunc portio est Macedoniae, regnasse fertur Pelegonus, pater Asteropaei, cuius Troiano bello, inter clarissimos vindices urbis, nomen accepimus. Ex alio latere in Europa regnum Europus nomine tenuit. Sed et Caranus cum magna multitudine Graecorum, sedes in Macedonia responso oraculi iussus quaerere, quum Emathiam venisset, urbem Edessam, non sentientibus oppida-

Lib. VII.

CAP. I. §. 7. *quum Emathiam venisset.* Ich habe die Präposition *in*, welche noch immer in den Ausgaben vor *Emathiam* steht, gestrichen; dieselbe fehlt nicht allein in den Handschriften des *Bongarsius*, sondern auch in zwei von Oudendorp verglichenen, denen auch die

nis, propter imbrium et nebulae magnitudinem, gregem caprarum imbrem fugientium secutus occupavit; revocatusque in memoriam oraculi, quo iussus erat, *ducibus capris imperium quaerere*, regni sedem statuit; religio- seque postea observavit, quocunque agmen moveret, ante signa easdem capras habere, coeptorum duces habiturus, quas regni habuerat auctores. Urbem Edessam, ob memoriam muneris, Aegëas, populum Aegeadas vocavit. Pulso deinde Mida (nam is quoque portionem Macedoniae tenuit) aliisque regibus pulsus, in locum omnium solus successit; primusque adunatis gentibus variorum populorum, veluti unum corpus Macedoniae fecit; crescentique regno valida incrementorum fundamenta constituit.

CAP. II. Post hunc Perdicca regnavit, cuius et vita illustris, et mortis postrema, veluti ex oraculo praecepta, memorabilia fuere: siquidem senex moriens Argeo filio monstravit locum, quo condi vellet; ibique non sua tantum, sed et succedentium sibi regum ossa poni iussit; praefatus, *quoad ibi conditae posterorum reliquiae forent*, regnum in familia mansurum: creduntque hac superstitione extinctam in Alexandro stirpem, quia locum

Krakauer beitrith. S. Oudendorp zu Caes. B. G. III, 7, 1; vergl. die Anmerk. zu Iust. III, 3, 12.

§. 9. *moveret*. Ueber diesen Coniunctiv siehe die Anmerk. zu XXV, 4, 2.

§. 11. *regibus pulsus*. Fast alle Herausgeber haben gegen die einstimmige Entscheidung sämtlicher Handschriften, *pulsus* als überflüssig streichen wollen. Die Wiederholung eines und desselben Nomens in demselben Satze ist ungemein häufig, und wird an unserer Stelle noch überdies durch die Parenthese gerechtfertigt. Aus der grossen Menge von Beispielen, welche Drakenb. zu Liv. I, 3, 9 hinsichts solcher Wiederholungen gesammelt hat, passt am meisten zu unserer Stelle Liv. XXXVIII, 45, 6: *saepe legatos ante missos, res repetitas; postremo, qui bellum indicerent, missos*. Vergl. die Anmerk. zu XXXI, 5, 5.

§. 12. *gentibus variorum populorum*. Er vereinigte die Nationen, welche aus verschiedenen Völkerschaften bestanden. *Gens* bezeichnet Stammvolk, welches mehrere Völkerschaften (*populi*) in sich schliessen kann. Liv. IV, 49, 3: *Simul Aequos triennio ante accepta clades prohibuit Bolanis, suae gentis populo, praesidium ferre*. Mehrere Beispiele dieser Zusammenstellung siehe bei Gronov zu Liv. V, 34, 5.

5 sepulturae mutaverit. Argeus, moderate et cum amore
 popularium administrato regno, successorem filium Phi-
 lippum reliquit: qui immatura morte raptus Aëropum
 6 parvulum admodum instituit heredem. Sed Macedoni-
 bus assidua certamina cum Thracibus et Illyriis fuere:
 quorum armis, veluti quotidiano exercitio, indurati, glo-
 7 ria bellicae laudis finitimos terreabant. Igitur Illyrii, in-
 fantiam regis pupilli contemnentes, bello Macedonas ag-
 8 grediuntur. Qui proelio pulsī, rege suo in cunis prolato,
 9 et pone aciem posito, acrius certamen repetivere: tanquam
 ideo victi fuissent antea, quod bellantibus sibi regis sui
 10 auspicia defuissent; futuri vel propterea victores, quod
 11 ex superstitione animum vincendi ceperant: simul et mi-
 seratio eos infantis tenebat, quem, si victi forent, capti-
 12 vum de rege facturi videbantur. Conserto itaque proe-
 lio, magna caede Illyrios fudere; ostenderuntque hosti-
 bus suis, priore bello regem Macedonibus, non virtutem
 13 defuisse. Huic Amyntas succedit, et propria virtute, et
 14 Alexandri filii egregia indole insigniter clarus: cui Alexan-
 dro tanta omnium virtutum natura ornamenta exstiterē,
 ut etiam Olympio certamine, vario ludicrorum genere
 contenderit.

1 CAP. III. Quum interim Darius, rex Persarum, turpi
 ab Scythia fuga submotus, ne ubique deformis militiae

CAP. III. §. 1. *deformis*. *Deformis* wird eigentlich von alle dem
 gebraucht, was seine natürliche Gestalt verloren hat; in besonderer Be-
 ziehung von denen, welchen der gewöhnliche äussere Schmuck und Hal-
 tung entzogen ist, wie IV, 4, 1: *legatos Athenas mittunt, qui sordida*
veste, capillo barbaque promissis, et omni squaloris habitu ad miseri-
cordiam commovendam acquisito, concionem deformes adeunt; und
 so heisst es von den entwaffneten und unter das Joch geschickten römi-
 schen Soldaten bei Liv. IX, 6, 3: *Ipsa lux ita deforme intuentibus*
agmen omni morte tristior fuit; vergl. XLI, 3, 4: *Vix mille ducenti ex*
tanta multitudine, qui arma haberent, perpauci equites, qui equos secum
eduxissent, inventi sunt; cetera deformis turba, velut lixarum ca-
lonumque. Dann wird es übergetragen auf diejenigen, welche in ihren
 äussern Verhältnissen die gehörige Haltung und Würde, und somit An-
 sehn, Ehrfurcht und Einfluss verloren haben; so an unserer Stelle. *Sue-*
ton. Oct. 35): *Senatorum affluentem numerum, deformi et incondita*
turba, (erant enim super mille, et quidam indignissimi, et post necem

damnis haberetur, mittit cum parte copiarum Megabyzum ad subigendam Thraciam, ceteraque eius tractus regna: quibus pro ignobili momento erat accessura Macedonia. Qui, brevi tempore exsecuto regis imperio, legatis ad 2 Amyntam regem Macedoniae missis, obsides in pignus futurae pacis dari sibi postulabat. Sed legati benigne ex- 3 cepti, inter epulas ebrietate crescente, rogant Amyntam, ut *apparatus epularum adiiciat ius familiaritatis, adhibitis in convivium suis ac filii uxoribus: id apud Persas haberi pignus ac foedus hospitii.* Quae ut venerunt, 4 petulantius Persis eas contractantibus, filius Amyntae

Caesaris per gratiam et praemium allecti, quos Orcinos vulgus vocabat) ad modum pristinum et splendorem redegit. Ovid. Am. III, 14, 5:

Non peccat quaecunque potest peccasse negare,

Solaque deformem culpa professa facit.

pro ignobili momento. I. e. tanquam ignobile momentum. S. die Anmerk. zu XXIII, 3, 10.

§. 2. *exsecuto regis imperio.* Das Participium Präteriti von Verbis Deponentibus wird nicht selten in passiver Bedeutung gebraucht, wie hier *exsecutus*. Vergl. c. 6, 5 *facillimis quibusque aggressis*; VIII, 4, 4: *professus*; §. 5: *expertus*; c. 5, 3: *pactus*; §. 4: *deprecatus*; XXII, 6, 4: *consolatus*; XLII, 1, 2: *emensus*; c. 2, 1: *depopulatus*.

obsides in pignus. Gronov wollte hier, sowie an andern Stellen in ähnlicher Verbindung die Präposition *in* streichen. Dass dieselbe fehlen könne, unbeschadet des Sinnes, leuchtet von selbst ein, indem dann das Substantiv als Appositum zur nähern Bestimmung des vorhergehenden dient; wird aber die Präposition *in* gesetzt, so wird mehr die Absicht der jedesmaligen Handlung angegeben, so dass man eine Auflösung durch *ut* anwenden kann. XXII, 3, 4: *sicut ab initio Syraeusae in pignus societatis sint traditae*; dagegen II, 15, 8: *legatos vinciant pignusque teneant*; vergl. daselbst §. 10, und die Anmerk. zu XVIII, 1, 3.

§. 4. *contractantibus.* So habe ich statt *contractantibus* geschrieben nach zwei Handschriften, welche Oudendorp nach seiner Bemerkung zu Appulei. Met. VIII, 157. p. 525; *cunctis tamen mentitae pietatis officii studium contractandae mulieris adhibere, odiosumque amorem suum perperam delectando nutrire*, verglichen hat, denen auch die Krakauer beitrifft. S. meine Bemerk. zu XIII, 5, 8. Ausserdem liest eine Handschrift *pertrectantibus*; doch wird in diesem Sinne gemeinlich *contractare* gebraucht. Sueton. Dom. 1: *Contractatis uxoribus Domitiam Longinam etiam in matrimonium abduxit*; Ammian. Marc. XXIV, 4: *Ex virginibus nec contractare aliquam voluit, nec videre*; vergl. Plaut. Mil. IV, 2, 61; Asin. III, 1, 20. Ovid. Her. 20, 141.

Alexander rogat patrem, respectu aetatis ac gravitatis suae abiret convivio, pollicitus, se hospitum temperaturum iocis. Quo digresso, mulieres quoque paullulum e convivio evocat, cultius exornaturus, gratioresque reducturus. In quarum locum matronali habitu exornatos iuvenes supponit, eosque petulantiam legatorum ferro, quod sub veste gerebant, compescere iubet. Atque ita interfectis omnibus, ignarus rei Megabyzus, quum legati non redirent, mittit eo cum exercitus parte Bubarem, ut in bellum facile et mediocre; dedignatus ipse ire, ne dehonestaretur proelio tam foedae gentis. Sed Bubares ante bellum amore filiae Amyntae captus, omisso bello, nuptias facit; depositisque hostilibus animis, in affinitatis iura succedit.

1 CAP. IV. Post discessum a Macedonia Bubaris Amyntas rex decedit: cuius filio et successori Alexandro cognatio Bubaris non Darii tantum temporibus pacem praestitit; verum etiam Xerxem adeo conciliavit, ut, quum Graeciam, veluti tempestas quaedam, occupasset, inter Olympum Haemumque montes totius regionis eum imperio donaverit. Sed nec virtute minus, quam Persarum liberalitate, regnum ampliavit. Per ordinem deinde successionis regnum Macedoniae ad Amyntam, fratris eius Menelai filium, pervenit. Hic quoque insignis industria, et omnibus imperatoriis virtutibus instructus fuit: qui ex Eurydice tres filios sustulit, Alexandrum, Perdiccam, et Philippum, Alexandri Magni Macedonis patrem, et filiam Euryonen: ex Gygaea autem Archelaum, Aridaem, Menelaum. Cum Illyriis deinde et cum Olynthiis gravia bella gessit. Insidiis etiam Eurydices uxoris, quae nuptias generi pacta, occidendum virum, regnumque adultero tradendum suscepit, occupatus fuisset, ni filia pellicatum matris, et

CAP. IV. §. 5. *Euryonen*. Die Lesart in den gewöhnlichen Ausgaben *Euryonem* ist durchaus falsch; die Accusativform auf *em* von Nominibus auf *e*, welche nicht selten in den Handschriften steht, ist ohne alle grammatische Begründung, und nur als eine spätere Verderbung der Abschreiber anzusehen. Mit Recht hat daher auch *Ruhnken* bei *Vellei. Pat.* 1, 4, 4: *Mitylenen* geschrieben. Besonders vergleiche hierüber *Muncker* zu *Hygin. Fab.* 137.

sceleris consilia prodidisset. Functus itaque tot periculis, 8
senex decessit, regno maximo ex filiis Alexandro tradito. 9

CAP. V. Igitur Alexander inter prima initia regni, bel- 1
lum ab Illyriis, pacta mercede et Philippo fratre dato ob-
side, redemit. Interiecto quoque tempore per eundem 2
obsidem cum Thebanis gr̃atiam pacis reconciliat: quae res
Philippo maxima incrementa egregiae indolis dedit. Si- 3
quidem Thebis triennio obses habitus, prima pueritiae ru-
dimenta in urbe severitatis antiquae, et in domo Epami-
nondae, summi et philosophi et imperatoris, deposuit.
Nec multo post Alexander insidiis Eurydices matris appe- 4
titus occumbit; cui Amyntas in scelere deprehensae, pro- 5
pter communes liberos, ignarus eisdem quandoque exitio-
sam fore, pepercerat. Frater quoque eius Perdicca pari 6
insidiarum fraude decipitur. Indignum prorsus, libidinis 7
causa liberos a matre vita privatos, quam scelerum suorum
suppliciis liberorum contemplatio vindicaverat. Perdic- 8
cae hoc indignior caedes videbatur, quod ei apud matrem
misericordiam ne parvulus quidem filius conciliaverat. Ita- 9

CAP. V. §. 1. *prima initia*. Eigentlich liegt der Begriff von *primus* schon in *initium*, und somit könnte dasselbe überflüssig scheinen; doch wird es nicht selten zu *initium* und ähnlichen Wörtern hinzugefügt, zur stärkern Hervorhebung des Begriffes. Vergl. I, 2, 4; IV, 3, 6. *Drakenb.* zu *Liv.* VI, 12, 10. Auf dieselbe Weise ist nachher §. 3: *prima pueritiae rudimenta*, gesagt, wovon *Drakenb.* zu *Liv.* I, 3, 4: *rudimentum primum puerilis regni*, mehrere Beispiele gesammelt hat.

§. 7. *vindicaverat*. Man hat nach *Sebisius* vor *scelerum* noch die Präposition *a* eingeschoben, die sich auch in einer Handschrift findet; doch ist, obgleich *vindicare* häufiger mit der Präposition construiert wird, die Auslassung derselben nicht ohne Beispiele. *Curt.* IX, 10, 18: *fama duntaxat vindicatus exercitus*.

§. 8. *ne parvulus quidem*. Sonst wurde hier unrichtig *nec* statt *ne* gelesen, wie auch XXXVIII, 4, 2: *quin vero resistendum sit impugnantibus, ne eos quidem dubitare, qui spe victoriae careant*. Mehrere Gelehrte, wie *Corte* zu *Sall. Iug.* 51, 5; *Drakenb.* zu *Liv.* I, 10, 3; *Duker* zu *Flor.* II, 5, 3; *Oudendorp* zu *Caes. B. G.* V, 44, 4, zu *Sueton. Tib.* 15 und zu *Appulei. Met.* IV, 69. p. 257 haben fast überall bei schwankender Lesart, *ne — quidem* vorgezogen. Andere, wie *Torrenius* zu *Valer. Max.* III, 7, 1 beides als gleich angesehen; noch Andere, wie *Ernesti* zu *Cic. ad Quir. p. red. c.* 9, und *Tzschucke* zu *Mela* II, 7, 1, den Unterschied angenommen, dass *ne — quidem* in der einfachen Negation und

que Philippus diu non regem, sed tutorem pupilli egit.
 10 At ubi graviora bella imminebant, serumque auxilium in
 1 exspectatione infantis erat, compulsus a populo regnum
 suscepit.

1 CAP. VI. Ut est ingressus imperium, magna de illo
 spes omnibus fuit, et propter ipsius ingenium, quod ma-
 2 gnum spondebat virum, et propter vetera Macedoniae fata,

absolut stehe, *nec — quidem* dagegen, wenn eine Auflösung durch *et ne — quidem* angewendet werden könne; wohl eine unhaltbare Ansicht, da schwerlich je ein Lateiner *nec* für *et ne* auf eine solche Weise gebraucht hat, dass jene Unterscheidung dadurch unterstützt würde. Schon zu *Cic. Cat. III, 10. p. 273* habe ich auf den Unterschied dieser Partikeln aufmerksam gemacht. *Ne — quidem* — wofür auch das bloss *ne* stehen kann, indem *quidem* nicht immer nothwendig ist, und nur zur Hervorhebung des vorangegangenen Begriffes dient; daher auch *ne — quidem* nicht ohne ein dazwischenstehendes Wort stehen kann; vergl. *Ruhnken zu Rutil. Lup. p. 129.* — ist allemal *steigernd*, indem es immer in Beziehung auf einen entweder wirklich vorangegangenen, oder zu ergänzenden negativen Satz gesetzt wird, indem gesagt wird, dass etwas nicht geschehen, dessen Geschehen man doch hätte erwarten sollen. So an unserer Stelle: Wenn auch alles Andere das Mitleid der Mutter nicht erregen konnte, so hätte dies doch das kleine Kind vermögen müssen. *Nec — quidem* dagegen ist rein verbindend, indem *quidem* nur hinzugefügt ist, um den dabei stehenden Begriff, besonders im Gegensatz eines andern, hervorzuheben: *auch nicht, und nicht*. So bei *Sall. Jug. 51, 5: Sed nec Iugurtha quidem quietus interea*, wo *Corte* gewiss nicht richtig *ne* aufgenommen hat. Ganz auf gleiche Weise, nur ohne die stärkere Hervorhebung des Gegensatzes durch ein hinzugefügtes *quidem* zu beabsichtigen, sagt *Iustin III, 6, 5: Sed nec Lacedaemonii quiescere*; vergl. *VIII, 3, 1* und an vielen andern Stellen. Ebenso wenig habe ich mich bisher von der Richtigkeit der Bemerkung *Held's* zu *Caes. B. C. II, 33*, dass *ne — quidem* bisweilen seine steigernde Kraft verliere, und zum blossen gleichstellenden, *auch nicht*, herabsinke, überzeugen können.

§. 9. *tutorem pupilli egit.* S. die Anmerk. zu I, 6, 16.

§. 10. *serumque auxilium.* Zu spät. Der scheinbare Comparativ, welcher gemeiniglich in *serus* liegt, rührt daher, weil dabei eine Rücksicht auf die fordernden Umstände stattfindet; bei einer bestimmten Vergleichung wird aber der Comparativ gesetzt. *VI, 4, 11: Cuius quoniam serus adventus erat, conscripto exercitu obviam hosti procedunt.* *Liv. III, 5, 15: Antiates, mille milites, quia serum auxilium post proelium venerant, prope cum ignominia dimissi.* S. *Bremi* zu *Corn. Nep. Ages. 3, 5.* *Gebhard* zu *Liv. X, 5, 8.*

quae cecinerant, uno ex Amyntae filiis regnante, flo- 2
rentissimum fore Macedoniae statum; cui spei scelus
matris hunc residuum fecerat. Principio regni, quum 3
hinc caedes fratrum indigne peremtorum, inde hostium
multitudo, hinc insidiarum metus, inde inopia continuis
bellis exhausti regni, immaturam aetatem tironis urgerent;
bella, quae velut conspiratione quadam, ad opprimendam 4
Macedoniam, multarum gentium ex diversis locis uno
tempore confluebant, quoniam omnibus par esse non pote-
rat, dispensanda ratus, alia interposita pactione compo- 5
nit, alia redimit, facillimis quibusque aggressis, quorum
victoria et militum trepidos animos firmaret, et contem-
ptum sibi hostium demeret. Primum illi cum Atheniensi- 6
bus certamen fuit; quibus per insidias victis, metu belli
gravioris, quum interficere omnes posset, incolumes sine
pretio dimisit. Post haec, bello in Illyrios translato, multa 7
millia hostium caedit; urbem nobilissimam Larissam capit.
Hinc Thessaliam, non praedae cupiditate, sed quod 8
exercitui suo robur Thessalorum equitum adiungere ge-
stiebat, nihil minus quam bellum metuentem, improvisus
expugnat; unumque corpus equitum pedestriumque co- 9
piarum invicti exercitus facit. Quibus rebus feliciter pro-10
venientibus, Olympiada, Neoptolemi regis Molossorum
filiam, uxorem ducit; conciliante nuptias fratre patruеле,11
altore virginis, Arryba, rege Molossorum, qui sororem

CAP. VI. §. 2. *quae cecinerant.* Canere wird von den Sehern, so wie überhaupt von denen gesagt, welche Zukünftiges weissagen. XI, 7, 4: *cuius nexum si quis solvisset, eum tota Asia regnaturum antiqua oracula cecinisse*; III, 4, 14: *Hoc enim modo recuperare illos patriam suam posse, Apollinem Delphis cecinisse*. S. Gronov. *Observatt.* III, 24. Bünnemann zu *Lactant. Iust.* I, 4, 3.

§. 4. *dispensanda ratus.* Dispensare ist hier genau abwägen, sorgsam einrichten, reguliren, die Angelegenheiten des Krieges nach einem bestimmten Plane anordnen und vertheilen; wie ein Hausvater, der genau seine Einnahmen und Ausgaben berechnet, die letztern genau vertheilt und nicht alles auf einmal ausgiebt. *Cic. ad Att.* XI, 1: *Nihil scire potui de nostris domesticis rebus, de quibus acerbissime afflictor, quod, qui eas dispensavit, neque adest istic, neque, ubi terrarum sit, scio.* Senec. *Quaest. N. III*, 27: *Ad originem rerum parce utitur*

Olympiadis Troada in matrimonio habebat: quae causa
 12 illi exitii, malorumque omnium initium fuit. Nam, dum
 regni incrementa affinitate Philippi acquisitum se sperat,
 proprio regno ab eodem privatus, in exilio consenuit.
 13 His ita gestis, Philippus iam non contentus submovere
 14 bella, ultro etiam quietos lacessit. Quum Methonam ur-
 bem oppugnaret, in praetereuntem de muris sagitta iacta
 15 dextrum oculum regis effodit. Quo vulnere nec segnior
 16 in bellum, nec iracundior adversus hostes factus est: adeo
 ut, interiectis diebus, pacem deprecantibus dederit; nec
 moderatus tantum, verum etiam mitis adversus victos fuerit.

viribus, dispensatque se incrementis fallentibus. Sil. It. IX, 244:
Dum Libys incenso dispensat milite vires, wo Drakenborch nach-
 zusehen; vergl. Gronov zu Liv. XXVII, 50, 10.

§. 11. *Troada.* Ueber die Form *Troadam*, welche hier auch ge-
 lesen wird, aber zu verwerfen ist, siehe die *Anmerk.* zu II, 6, 12.

in matrimonio habebat. Sonst wurde *in matrimonium* gelesen,
 wofür jetzt nach Handschriften die aufgenommene Lesart mit Recht her-
 gestellt ist. Zwar war der Gebrauch der Präposition *in* mit dem Ac-
 cusativ und Ablativ in der ältern Sprache noch nicht so streng geschie-
 den, und der Accusativ wurde auch da gesetzt, wo man nach der spä-
 tern Feststellung den Ablativ erwarten sollte, wovon sich hin und wie-
 der noch Ueberbleibsel finden, wie *in potestatem, possessionem esse, in*
custodiam habere etc., worüber man hinreichende Nachweisungen bei
 den Interpreten zu Liv. II, 14, 4 findet. Iustin vermeidet indess solche
 Alterthümlichkeiten. Vergl. die *Anmerk.* zu III, 1, 1.